

RUPERTVS SAXONVM PRINCEPS.



Rupertus filius fuit Vitechundi Saxoniæ ducis, qui Christianam religionem sub Carolo Magno susceperebat. Is ob insignem corporis & animi uirtutem Ludouici Pij Imperatoris castra secutus, magnam ubiqꝫ existimationem ob uirtutes natas est. Itaqꝫ Carolus Ludouici Cæsar is filius educatum inter Ligerim & Sequanam commen dat, ut Francorum regnum aduersus Britannos tueretur. Id quod ipse magna uirtute expediuit, ita ut à nostris semper Iudæ Machabæo comparatus fuerit. Cum autem postea Nordmanni Hastingo duce oram Ligeris inuaderet, atqꝫ Andegaves, Pictones, & Turones crudeliter deuastarent, Rupertus eius limitis dux collectis raptim copijs hostibus obuiā profectus est. Quod ubi Dani p̄speculatores explorarūt, ad classē quā in littore reliquerāt, retrò referre pedē cœperūt, sed intercepti ab exercitu Franc. impediti fuerūt.